

sunt, *faciant* justum *judicium*, jam olim conscriptum, decretum, firmatum, ut mutari non possit. *Gloria hæc* sedendi cum Christo in nubibus, & judicandi Mundum, & Principes ejus, erit *omnibus Sanctis ejus*. Licet enim Beda dicat, duos ordines futuros electorum, unum judicantium cum Christo, alterum misericorditer judicandorum; tamen illi, qui misericorditer judicati fuerint, postea etiam cum Christo judicabunt persecutores suos, ut constat ex 1. Cor. 16.

PSALMUS CL.

**T**itulus: *Alleluja.*

Argumentum: *Invitatur* populus Dei ad laudes Domini in summo Cælo habitantis, cum omnibus musicis instrumentis, ut hoc modo demonstret ardentissimum affectum suum.

ψ. 1. *Laudate Dominum in Sanctis ejus, laudate eum in firmamento virtutis ejus.*

O vos electi, & Sancti *laudate Dominum in Sanctis ejus*, hebraicè, in Sanctuario cælesti habitantem. Tum idem *re-*  
petit,



petit. Cælum etiam dicitur *firmamentum virtutis* seu fortissimum palatium, & thronus altissimus Dei. Quia tamen sanctuarium Dei supremum sunt animæ justorum; imò ipsi Sancti sunt templum Dei; ideo potest etiam cum Patribus simpliciter hic v. exponi de Sanctis hominibus, quatenus in eis Deus habitat, ut in præcipuo sanctuario suo.

v. 2. *Laudate eum in virtutibus ejus, laudate eum secundum multitudinem magnitudinis ejus.*

Docet Deum laudandum, non quia in Cælo simpliciter habitat; sed quia in eo habitat, ut omnipotens Imperator, & Dominus omnium rerum: nam per *virtutes* hoc loco non intelliguntur virtutes morales, nec exercitus Angelorum, sed robur, & potentia; & per magnitudinis multitudinem intelligitur excellens magnitudo: Sic *multitudo dulcedinis*, h. e. excellentia dulcedinis. Ergo ait, *laudate eum* ob magnas vires, & magnam robur ejus: *laudate eum*, quia eximia est magnitudo ejus, cum sit absolute, & simpliciter magnus. De magnitudine Dei vide fufius. Pl. 144. v. 3.

v. 3.  
 date eum  
 Tri  
 rum ge  
 nium m  
 quæ flat  
 & cibari  
 nant. P  
 tum dece  
 tur in Pl  
 v. 4.  
 ro, laudat  
 Hic n  
 tympanum  
 est in  
 ignitu  
 manarum  
 ignotum f  
 ficet; tam  
 instrumen  
 conjuncta  
 nem facta  
 camus.  
 v. 5.  
 nantibus,  
 tionis: om

*v. 3. Laudate eum in sono tubæ, laudate eum in psalterio, & cithara.*

Tria sunt instrumentorum Musico-  
rum genera, vox, flatus, & pulsus: om-  
nium meminit; hic nominantur *tubæ*,  
quæ flatu sonitum reddunt; *psalterium*,  
& *cithara*, quæ pulsu chordarum reso-  
nant. Psalterium enim esse instrumen-  
tum decem chordarum, non semel legi-  
tur in Psalmis.

*v. 4. Laudate eum in tympano, & cho-  
ro, laudate eum in chordis, & organo.*

Hic numerantur omnia genera: nani-  
*tympanum*, & *chordæ* pulsantur; *chorus*  
vel est instrumentum musicum nobis  
incognitum, vel concentus vocum hu-  
manarum: *Organum* inflatur: licet enim  
ignotum sit, quid *organum* hoc loco signi-  
ficet; tamen probabiliter dici potest, esse  
instrumentum plurium tiliarum simul  
conjunctarum, ad cujus postea imitatio-  
nem facta sunt ea, quæ nos *Organa* vo-  
camus.

*v. 5. Laudate eum in cymbalis bene so-  
nantibus, laudate eum in cymbalis jubila-  
tionis: omnis spiritus laudet Dominum.*

Cym-

Cymbala quatiuntur, & tinnitum reddunt. Dicuntur Cymbala jubilationis, quia magnum, latumque sonitum reddunt, quales campanæ apud Christianos. Illud, *omnis Spiritus laudet Dominum*, quatuor habet explicationes: omissis ceteris, quarta est, ut per *Spiritum* intelligamus generatim omnia, quæ vivunt, sive spirituali vitâ, ut Angelos; sive animali, ut bestias; sive utrâque, ut homines; sive metaphoricâ vitâ, ut cetera omnia, quæ licet in se inanima sunt, tamen *Deo vivere* dicuntur, quia ita serviunt, & obediunt Deo, ac si viverent, & sentirent, & Creatoris mandata perciperent; unde est illud Ecclesiasticum: *Regem, cui omnia vivunt*. Atque hic sit finis Commentarii.

O. A. M. D. G.



um red-  
lationis,  
m red-  
istianos.  
minum,  
issis ce-  
intelli-  
vivunt,  
ive ani-  
homi-  
cerera  
nt, ta-  
ita ser-  
verent,  
a perci-  
stium:  
e hie sic





